quoque Nobilitas referat, potestatem illi
facimus.
Judices et Consiliarios terrestres constituimus quos
septem Generosos nimirum Arnoldum Bra-
kel, Hermannum Maydel S. R. M. Cubicula-
rios, Wernerum Behr Ill.mi Prpis Electoris
Consiliarium, Archimarschalcum Verdensem,
Fabianum à Rosen, Alexandrum à Sacken,
Fridericum Brenau et Magnum à Brinken,
Imposterumque totidem numero sint, qui à
nobilitate S. R. M. consensu accedente
eligentur, qui Iuramentum de officio fideli-
ter administrando, Juraque dicendo praestabunt
ea formâ, quae in ordinatione S. R. M. praes-
cribitur. Notarium terrestrem Judicij, ex dis-
trictus Piltensis creamus Georgium Engel-
brechtum à Mengden, qui ius dicendae Senten-
tiae in Judicio habebit, neque vero eidem offi-
cio imposterum, etiam nisi nobilis electio-
ne Judicij praeficietur. Judicium illud in dis-
trictu hoc nobilitate sit unicum, judicia
inferiora, quod rationibus districtus hujus
minus commodum adscribitur, sublato;
Quo ambages et protelationes Judiciorum
Causarumque imposterum vitentur, discepta-
tiones et Controversiae partium, Causarum
Sententijs et decretis inserantur, Citationes
subscribat, atque sub sigillo publico dat